



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

125

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

non de jure, in l. cum duobus, §. si in coeunda, ff. pro soc. & in l. 2. 3. not. C. de episc. & cler.

121 † Coloni enim ecclesiarum eorundem bonorum, nec possessionem habent, nec dominium; sed tantum detentionem, aub. item nulla communitas, & l. de his, C. de episc. & cleric. Alexand. conf. 35. viso processu, numer. 12. lib. 4. & Card. Tusch. pract. concl. jur. concl. lib. 2. numer. 1. & 2. Ideo, si gravarentur ratione fructuum, quos ex prædiis percipiunt; possent perfoluta à dominis prædiorum repetere, ut

122 Si enim † coloni ultra bona ecclesiastica, quæ colunt, habent etiam bona propria eorum nomine allibrata, pro illis à solutione onerum non excusantur, uti coloni ecclesiasticarum personarum: sed pro rata eorum, quæ proprio nomine possident, onera persolvere tenentur; & ita distinguit Rebuff. in l. 2. penes quos, nu. 2. & 3. & Bart. nu. 1. C. de agris. & cens. lib. 17.

123 Quid autem, † si imponatur onus quod publicam utilitatem respiciat, tam clericorum, quam laicorum; ut ad reparationem murorum, fluminum, restaurationem viarum, pontium, vel populum à peste custodiendum? videtur quod ratione naturali, quæ limitat legem, clerici non sint exempti; sed concurrere teneantur, non tamen cogendi, nisi à Papa, Duen. reg. 100. numer. 17. Did. Perez. l. 1. tit. 4. lib. 4. ord.

Navar. cap. 27. numer. 115. ver. tertia quod. Et ita se habere communem usum Hispaniæ, ex l. 11. & 12. tit. 3. lib. 1. nova recopil. testatur Covar. loco supra citato, & alij sustinentes dictam opinionem. Attamen etiam tributa ad reparationem marium, & fluminum, ac ad restaurationem viarum, & pontium, vel custodiendum populum tempore belli, aut pestis, à laicis impunè exigì possunt: dummodo ad hoc fuerint plures causæ sufficientes necessariæ, & non aliæ: quarum

124 Prima est, † quod immineat maxima, & urgens necessitas, ut quando hostis cum exercitu stat in agro, obsidendo civitatem, quo tempore, nec ecclesiastici à murorum, seu civitatis custodia possunt excusari: ut cunctis vigilantibus melius valeat civitas custodiri, cap. pervenit, & ibi gloss. in ver. modo, & Abb. numer. 1. 4. & 6. de immun. eccles. & in his terminis procedere possunt allegata per Olase. in decis. seu potius, consil. 68. alias 181. numer. 24. & 25. Sed, cessante hac urgente flamma belli

125 causa, clerici non tenentur: † quia limitata causa limitatum producit effectum l. cancellaverat, ff. de his que in testam. delent. & Tiraq. in tract. cessant. cau. par. 1. numer. 142.

126 Secunda, † pro reparatione fluminum, pontium, & viarum, quoties communis laicorum, & ecclesiasticorum urget necessitas, & concurrat utilitas, ut per Abb. in cap. non minus, num. 18. & Bald. in l. ad instructiones, n. 2. C. de sacrosanct. eccles. Dummodo laici non habeant particulares redditus Universitatis, ut pedagia, gabellas molendina, furnos, pascua, portus, piscationes, & similia, quæ ad particulare Universitatis commodum, & utilitatem percipiant,